

absque vlla molestia multis delitiis affuebat, ab illis tamen se eripit, & vastissimo mundi eremo se se committit, per loca arida, montosa, spinis, ac tribulis consista aberrans deambulat.

24. Ambros. Respondeo primò D. Ambros. in Apologia. 1. David. cap. 5. Merito itaque defecerat, ait, cui substantia erat cibus seculi. Pascebatur ouis cum grege Angelorum inter caelestes paradisos, vbi tamen apperit mundialem panem, illumque gustauit; inde defectionem ab omni bono sibi comparauit, & inde in ruinam, infirmitatem, ac laborem incidit. Vidit Pharaon in somnis, quod septem boues deformes, & macilentae, deuorarent septem alias boues pulchras, & pingues, & quae nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie, & squalore torpebant. Genes. 41. num. 21. & scribit Philo lib. de Ioseph, quod Rex vidit repente meliores deuorari a deterioribus, manente in saturitate eadem macie, imò aucta etiam valde mitum, quod quaelibet obesam bouem comedit, & tamen non solum non est pinguis facta, sed etiam macies aucta est cum tam fertili pastu, itavt squalore torperet, ac consummarentur. Boues pingues denotabant bona temporalia, vt tradunt D. Iudorus, & alij, qui autem gustant temporalia bona, non pinguescunt, sed potius macie adaucta tabescunt, ac infirmantur, & ab omni bono deficiunt.

25. Tertull. Secundò. Tertullian. lib. de Pœnitent. Vna ouis, ait, requiritur, vna pro omnibus desideratur, & humeris pastoris ipsius fertur, multum errando laborauerat. Ouis erat inter choros Angelotum omni labore vacua, florida, ac præiucunda vita gaudens, spiritualium fructuum dulcedine fruens, & tamen hæc omnia caelestia dona contemnit, & ab electarum ouium societate deficit, mundanos labores exoptat, mundanas fatigationes per montes, & deserta requirit, quibus ita frangitur, vt pene enecta, ne gradum facere valeat, sed hmeros portantis expostulet, quia multum errando laborauerat. Ecce hic depingitur humana miseria, multi potius volunt laborare cum mundo, quam cum Christo gaudere, deuiantque à caelesti requie, vt mundanis sudoribus incumbant. Rectè D. Paschas. lib. 2. in Matth. extrema demerita, ait, quod fugiat à requie patrie, vt seculi erumnas inueniant. Si à requie patrie deuiarent, vt in mundo requiem haberent, tolerabile videretur esse malum, sed requiem pro labore commutare quæ sane maior, ac execrabilior amentia.

26. Num. 15. Cum essent filij Israël in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obrulerunt eum Moysi. Num. 15. num. 32. Qui consuluit Dominum supra pœnam homini infligendam. Dixitque Dominus ad Moysen: morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Ibidem num. 35. Quorsum tam feuera pœna hic homo multandus est. In deserto filij Israël colligentibus Manna. Nullus relinquat ex eo mane, Qui non audierunt eum, sed dimiserunt ex eis vsque mane, & scatere cepit vermicibus, atque computruit. Exod. 16. num. 20. Et tamen nullus ex istis supplicio affectus est. Tam Domini præceptum erat, quod nullus colligeret ligna in die Sabbathi, ac quod manna in sequentem diem non seruasset; Cur ergo ligna colligens tam rigida pœna plectitur, vt lapidibus obrutus moriatur; colligentes verò manna, ac seruantes in diem alterum à supplicio immunes euadunt. Homo pœnas sustinet, à quibus, & populus libera-

27. Difficultas quaestio. 28. Chryso. 29. Chryso. 30. Apocal. 7.

Exod. 16. Punitur qui fastidit requiem, & queris laborem.

tur. Fortè quia populus manna suauitate illectus delinquit, homo verò dulcedinem quietis, ac otij labore commutans peccat. Procopius in cap. 15. Numer. Hunc scilicet ligna colligentem, adiegit, ait, præcox quoddam studium, & otio quidem corporali deterium. Lex Sabbati fatigatos labore artus quiete recreabat. Qui ergo vt onera humeris portaret, tam suauem legem violat, merito morte puniatur. Populus verò delinquit, sed Manna suauitate prouocatus, inde benigne à pœna mortis exripiatur; at homo, qui requiem à Deo datam fastidit, & laborem, ac sudorem querit, merito Dei sententia rigorose punitur. Vide supra cap. 24. q. 1. in fine. n. 76. 77.

QVÆSTIO V.

Quare hic introducitur vna tantum ouis errans, potius, quam decem, vel viginti?

QVÆSTIO præsens est, cur vnus ouis tanto amore æstuat bonus pastor, quod cum viginti nouem superstitibus haberet, pro vnus cura tot subire labores per campos, per nemota, ac per altissimorum montium cacumina non vereatur. Quare ergo non elephas de grege ouium viginti, aut saltem decem proponuntur, vt lucri magnitudo ad tam laboriosam inuestigationem inuicaret.

Respondeo primò ad quaestionem ex D. Chrylog. ferm. 168. Vnam querit, ait, vt inueniret in vna omnes. Hæc ouis est genus humanum; maximè inclinata est diuina pietas, vt hanc ouem quæret, & sibi coniungeret, quia licet homines sint multi, tamen in vno primo parente vniti, ac copulati representantur; Cum vnio ergo maximè placeat Deo, ad eamque ipse sit propensus, inde ex tanta vnione, quæ in hac oue exprimebatur, ipse maximè prouocatus ad hanc ouem quaerendam: Fuit vir vnus de Ramatha. 1. Reg. 1. num. 1. cur quando Deus propitius se exhibet Elcana dâns ei filium; dicitur vir vnus, quod vt notat Origenes: Pertinet ad laudem iusti, quod vnus dicitur. Ac si ex ipsa vnitate Deus esset inclinatus, vt optato filij dono eum vilitaret.

Secundò. Idem Chrylog. citato ferm. Quare, ait, non quatuor, quare non quinque, sed vnam? Vt ostenderet, non ex damno fuisse, sed ex numero plus doloris: namq; amissio vnus totum dissipauerat cen ternarium numerum, totum ex dextera redegerat ad sinistram. Numerus centenarius erat electus, ac prædestinatus à Deo, proponitur vna ouis amissa, & non quatuor, vel quinque, vt fiat manifestum, quod ex numero determinato à Deo, nec vna quidem minima aliqua vi creata defraudari, ac immutari poterat, sed totus integer numerus saluus persistit.

Angelus in sole clamat ad quatuor Angelos executores diuinæ iustitiæ. Nolite nocere terra, & mari, neque arboribus, quoad vsque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum: Apocal. 7. num. 3. Prohibet eis ne tempestate, ac ventorum impulsu (de tempore AntiChristi est sermo) homines improbos perimant, ac perdant, donec electi Dei publico signo crucis sint in fronte obfignati, vt ab illa communi deuastatione custodiantur; cur Angelus in sole hanc assignat rationem? Cur non profert

Procopius

27. Difficultas quaestio.

28. Chryso.

Vnus macie me Deum ad se inclinat.

1. Reg. 1.

29. Chryso.

Numerus electorum non potest minui.

30.

Apocal. 7.

profert illam satis communiter datam in Scriptura, adhuc non est tempus, nondum completa est hominum malitia, vt Genes. 15. num. 16. Quatuor Angeli magno impetu, ac conatu ferebantur ad exequendam desolationem commissam, nulla tamen efficacior ratio eis obiici potuit, vt reprimerebantur, ac subsisterent, quam quod quiescendum erat. donec electi Dei manifesto signo notati custodirentur, nullum enim maius poterat esse impossibile, quam quod vnus ex electis Dei perierat; ergo quoad vsque ipsi seruentur exequutio est impedita; & ipsi omnia funditus perimere non valent. Rupertus: Nolite nocere, ait, hoc dicere illis est malam voluntatem eorum impedire, vt quantumcumque insanant, vel noceant, atque tyrannice persequendo, proscribendo, occidendo, Dei tamen propositum præpedire, vel euertere non valent, quominus eos, quos presciuit, & prædestinauit, conformes fieri imagini eiusdem filij, vocet, iustificet, atque magnificet. Vide tom. 3. cap. 9. quæst. 12.

Genes. 15.

Nullum maius impossibile, quod quod aliquis ex electis perierat.

Rupertus.

31. Chrylog.

Vna ouicula perdita totus grex periclitatur, vt pereat.

32. 1. Reg. 25.

Glossa. Angelom. Carthol. Sâ. Tyrinus.

eum æstuant. At verò flores in fasciculo, miram inter se habent pulchritudinem, suauitatem, & odorem, & sic conseruantur, vt si vnus flos cadat, cum alij laxati maneant, in magno discrimine versantur, vt similem iacturam patiantur; sic & iusti, quando in congregatione omnes vniti commorantur, gratissimum Deo dant honorem; & si vnus cadit, ex eius lapsu quodammodo omnes periclitantur, cum ex eius halitu ad similem voluptatem instigantur; & si reprobi abiecti sint à Deo, iusti tamen multa cura custodiuntur, ne ex vnus vitio omnes infecti tabescant. D. Eucherius: Pulcherrima, ait, comparatione statum iustorum, & reproborum discreuit: horum quippe animas appellat viuentes; illorum spirituali morte occupatas: iustos fasciculis; reprobos lapidi funda assimulat: fasciculus enim astringitur, vt conseruetur; lapis in funda ponitur, vt abiciatur. Reprobi cum pereant, dispergantur; iusti verò vt seruentur, vniti retinentur. Fasciculus astringitur, vt conseruetur.

Si in congregatione vnus iustus cadit, alij periclitantur.

Eucher.

33.

Act. 1.

Palm. 68. Palm. 107. Græcus.

Cum vnus ex congregatione elabatur ista congregatio periclitatur.

Rupert.

Post Christum ascendentem in cælum, ait D. Petrus Apostolis, quod oportet impleri Scripturam, vt vnus ex discipulis eligatur in locum Iudæ, vt duodenarius Apostolorum numerus adimpleatur; & inter alia ait eis: Scriptum est in libro Psalmorum: fiat commoratio eorum deserta, & non sit, qui habitet in ea: & Episcopatum eius accipiat alter, Actorum 1. num. 20. vbi princeps Apostolorum duos versus diuersorum Psalmorum combinat. Prior habetur Palm. 68. num. 26. Fiat habitatio eorum deserta. Secundus verò legitur Palm. 108. num. 8. Episcopatum, seu vt habet Hebr. præfecturam, regimen eius, scilicet Iudæ, accipiat alter. Valde mirum, quod dicitur Apostolus testimonium de supplicio Iudæ in singulari; Episcopatum eius accipiat alter: prius tamen in plurali in alios maledictione inuebitur: fiat habitatio eorum deserta. Cur locutus de solo Iuda in singulari, prius tamen aliorum similibus penam ex diuerso Psalmo annuntiat. Sciebat Apostolus, quod vnus casus electorum congregatione facile alios seducebat, referens ergo execrabile Iudæ scelus in suum magistrum, ne alij ex Christianorum schola ad similem nequitiam instigarentur; ideò antequam Iudæ factum adducat, prius maledictionem in eius sequaces, ac imitatores promulgat, vt si aliquorum animos malitia Iudæ sollicitaret, districta tamen maledictionis sententia eos refraneret, ac cautos redderet: non longè ab hac consideratione loquitur Rupertus lib. 1. de intell. cap. 1. Duo testimonia coniunxit, ait, alterum quidem singulariter de Psalmo centesimo octauo; & Episcopatum eius accipiat alter, alterum verò pluraliter de sexagesimo octauo: fiat habitatio eorum deserta; proposuerat autem tantum de vno singulariter, sed hic addit pluraliter. Quid igitur? Iudam quippe, & infelices Iudæos, sicut eodem scelere inuolutos, sic & simili pœna significat addictos.

QVÆSTIO VI.

Quare pastor tot oues relinquit, vt vnâ errantem multis laboribus querat?

ALDE mirum, quod bonus pastor tam prolixum, & difficile suscepit iter per lustra læuientium ferarum, per obfensas latronibus vias, per rapidorum fluminum cursus, & faxorum

34.

August.

præcipia. Vnde ait D. August. in Psalm. 128. ad finem. Propter oves perditas Pastor eius nonaginta novem dimisit in montibus, & eam querens Iudaicis laceratus est vepribus. Ut pedes, manus, ac caput eius restantur. Quæstio tamen præfens inquit, quare bonus pastor nonaginta novem relinquit in deserto, vt illam vnam errantem quærat.

35. Chrysol.

Ad quæstionem respondet. Primò. D. Chrysol. ferm. 168. Hæc parabola, ait, plus diuina pietatis, quam consuetudinis humana loquitur, & exprimit veritatem. Magna relinquere, amare minora, Dei potestatis est, non cupiditatis humana, quia Deus, & que non sunt, facit esse; & perditam sic sequitur vt teneat, que relinquit; & amissa sic inuenit, vt que seruata sunt, non amittat. Ergo non terrenus pastor iste, sed celestis. Pastor hic introductus in Parabola diuina est. Nam humani pastoris cura cum sit valde limitata, si relictis aliis, vni ouicula curandæ tota applicatur; hoc cum multa aliarum confusione, & periculo præstat; solus enim Deus, cuius potestas infinita est, sic vni, & minimo attendit, vt multis aliis multa bona operanti prouideat; homo vero non potest distrahi in plura, quin aliquibus sit nocentum.

Homo non potest attendere ad plura.

Exod. 18.

Cum Moyse solus iudicaret causas vniuersi Israël, ait Iethro focere eius. Stulto labore consumi, & tu, & populus ille, qui tecum est, ultra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. Exod. 18. num. 18. Non enim ipse solus omnium causis poterat bene attendere, & soluere. Vt ibi communiter Expositores expendant.

36. Cypri.

Secundò. D. Cyrillus in Catena D. Thomæ. Nunquid, ait, sapiens in reliquis motus est pietate vnius? Nequaquam. Sunt enim ille in tuto circumsepiente illas potentissima dextera, sed magis oportebat misereri pereuntis, ne imperfecta videretur residua multitudo. Vna enim reducta, sortitur centenarius propriam speciem. Habebat bonus pastor centum oves, ex quibus nonaginta novem relictis, pro vna deperdita comparanda longum subititer, sed cum illas relinquit, eas contemnit, ac perendas deserit? Minime sanè, sic enim pro vnius reductione laborat, vt etiam aliarum in hoc tendat lucrum, nam vna deficiente, earum numerus, ac cæcus imperfectus consistebat. Ne imperfecta videretur residua multitudo, vna enim reducta sortitur centenarius propriam speciem. Vnde D. Basil. Seleucus statim citatus ait. Vbi mihi ovis vnice chara? Vbi gregis decus? Magnus erat splendor gregis vtnulla illius deficeret, ac exclusa haberetur.

Decus gregis, quod nulla ovis deficeret, ac exclusa haberetur.

37. Basil.

Tertiò. D. Basilus Seleucus. Orat. 26. in illud. Ego sum Pastor bonus, sic ait: Venturam ex aliarum salute letitiam vnius exinguit exitium, & concepta de vna tristitia; quod esse potuit de toto grege gaudium, accidit; dumq; obit omnia, se seq; in la-chrymas effundit, desiderium ingens publicat: Vbi mihi, inquit, ovis vnice chara? Vbi gregis decus? Non vsque adeo lator presentibus, vt ob vnius absentiam maceror. Pastor ouem perditam appellat summe dilectam omnium ornamentum; ac pecorum honorem. Vbi mihi ovis vnice chara? Vbi gregis decus? Fortè, quia ovis hæc insigni præfulgebat gratia in toto grege, ideo vt honoratior habita, non per seruos, sed per se ipsum tanto sudore quærit. Expende. Mihi ovis vnice chara? Gregis decus. Erat enim deperdita, & non inueniebatur vbi adesset, inde fortè magis chara, & gregis ornamentum, quæ enim sunt amissa meliora, ac pretiosiora reputantur. Tertiò, gau-

Ovis magis dilectus.

Deperdita meliora ind. canitur.

dium de nonaginta nouem ouibus non erat plenum, & completum cum vna ouicula esset deperdita. Non vsque adeo lator presentibus, vt ob vni absentiam maceror. Et ideo vt vndique animi iucunditas esset consummata, ouis deperdita studiose quæritur; vngitur Saul in regem a Samuele, & ait ei, de astinis, quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inuenta sunt. 1. Reg. 9. num. 20. Ad quid dum denuntiatur ingens felicitas de regno, etiam alinæ deperditæ denuntiantur inuenta; quæ res parua erat spectabat ad cumulum gaudij de regno, vt ne ex minimo aliquo scederetur. Nam etiam parua inuenta maxime delectant, & vberiorum pariunt lætitiarum. D. Chrysol. citato ferm. 168. Semper quidem, ait, cum perditam reperimus nouum capimus cumulum gaudiorum, & est iucundius nobis inuenisse perditam, quam non perdidisse seruata.

1. Reg. 9. De re inuenta gaudium magnum.

Chrysol.

38. Iobus.

Quartò. Iobus Monachus lib. 3. de Incarnat. Verbi cap. 14. in Bibliotech. Photij. Quod pro re nulla alia sustinuit, non pro Angelis, non pro vlla alia natura, hoc ad hominum tolerauit salutem, seruuus pro Domino factus. Merito igitur reliquisse oves nonaginta dicitur. In parabola subintelligitur Deus, qui relinquit viginti novem oves in deserto, vt quæretet vnam perditam, relinquit nempe in cælo Angelos, vt hominem lapsu peccati aberrantem recuperaret. Ex quo nascitur grandis difficultas. Deus cum sit immensus adest in omni loco, & non potest aliquem locum relinquere, & deserere, & ad alium ratione suæ immensitatis propinquius approximare. Quomodo dicitur, quod relinquit Angelos in cælo, & ad hominem perditum se contulerit. Explicans D. Lucas ingens beneficium, singularem honorem, quo Deus hominem præ Angelis sublimauerit, insinuat in parabola quod ad hominem accesserit, eique præfens factus sit, nam adeo proprium est, regem larga manu beneficia sua conferre ei, cui adest, ac intuetur; quod idem sit dicere, quod ad aliquem approximauerit, in eumque suos oculos coniecerit, ac quod eum multa bonorum affluentia affecerit. Non pro Angelis, non pro alia natura, &c. Bene ergo dicitur, quod non ad Angelos, sed ad hominem hac sua beneficentia accesserit; nam cui princeps sui præsentiam negat, negat & fauores: cui verò sui accessum concedit, multas, & amplissimas largitiones exhibet.

Principis præsentia conferre dona, que illius absentia negat.

39. Ambros.

Quintò. D. Ambros. Commentario in Lucam in præfenti, conferens cur Pastor requirit ouem; non verò Pater filij prodigum. Sic ait. Quasi Pastor reuehit, quasi pater vestit; ouis à Pastore lassata reuocatur, ad patrem filius suis vestigijs redit? Ovis à pastore reperitur, à patre filius honoratur. Filius iam tanquam emancipatus, & à patris regimine iam deobligatus, & si illi cordi erat, non tamen tanquam subditus introducit. At ouis commissa erat pastoris sub cura, illique subiecta extabat; emancipatum non quærit pater filium, commissam sibi ouem diligenter disquirat pastor; nam ad filium requirendum amoris affectio obligabat; ad ouem verò indagandam munus pastoris cogebat, pastoris autem obligatio paterni amoris preferenda fuit, plûsq; ad labores itineticis impulit vna pastoris cura, quam vehemens parentis affectus.

Plus impulit muneris obligatio, quam parentis.

40. Tertull.

Sextò. Tertull. lib. de penitent. cap. 8. Ervat, ait, & vna pastoris ouicula, sed grex vna charior non erat, vna illa requiritur, pro omnibus desideratur. Nonaginta novem oves sub custodia habebat

Vna anima non minus chara Deo, quam vni verforum.

Genes. 27.

Damian.

41.

Charitas mentis resplendet in opere.

42.

Apocal. 1.

Arabicus.

Charitas mentis conuocatur cum opere.

August.

43.

Apocal. 1.

Apocal. 2.

Intelligentia mentis fulgeat in actio. ne.

Damianus

habebat pastor, & cum vna esset deperdita, sic pro ea comparanda insudat, ac, laborat, veluti si totum gregem amisisset; vna illa requiritur, pro omnibus desideratur. Sic enim vnam diligebat ac omnes, nec minus illi vna chara erat, quam vniuersus grex. Personam Dei Patris gerebat Isaac, cum benedicens filio suo Iacob, ait illi. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Genes. 27. num. 27. Ager ille plenus denotabat campum totius Ecclesiæ floribus, ac fructibus omnium iustorum compositum; quomodo ergo Isaac ait, odor vnius Iacob omnibus floribus illius agri æquipollebat? Non minus ipse complacere, ac delectabatur in vno Iacob, quam in omnibus aliis, tam charus erat illi vnus solus, vt magnam benedictionem ab eo impetraret, ac erat vniuersorum aliorum cætus. Petrus Damianus lib. ad Leonem inclusum Episcop. cap. 5. Nam & prophetis Isaac naribus, tota præfens redolebat Ecclesia, cum super vnius filij sui personam dicebat, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Vide tom. 3. cap. 26. q. 2. num. 13. & cap. 29. num. 73.

Septimò. Vbi homo vidit in grege ouem perditam, non moratur, sed charitate vulneratus, ingentique dolore affectus, vt ait Seleuc. eam diligenter per campos, ac montes quærit, charitatem enim, quam mente conceperat, totius corporis labore, ac sudore demonstrat; vera enim charitas, non retinetur mente tantum, sed ad manus ac pedes pertranfit, vt ait Saluian. l. 1. de Regimine.

Videt Ioannes in Apocal. 1. num. 14. Christum Dominum in medio candelabrorum aureorum, & oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. Arabicus, in formæ ignis. Flamma ignis apparet in oculis, & pedibus. Cur igne connectantur oculi, & pedes; ignis charitatem denotat. Rectè ergo oculi, & pedes igne inflammantur, vt charitas, quæ erat in mentis oculis, prodiret in pedum actiones; necesse est enim vt mens, & pedes charitate coniungantur, vt amoris affectum, quem mens concipit, pedes operatione commonstrent. Hinc ait D. August. vt testatur Richardus Victor tract. de gradibus charitatis. Ipse, qui vobis præst. mente, & opere serueat charitate.

In eadem visione persulto. Christus in hac visione figuram veri prælati exprimebat, vt voluit P. Ioannes de la Haye; verba enim prælati debent esse veluti gladius acutus, & oculi tanquam flamma vt cuncta introspiciant. Dicitur de eo, quod habebat in dextera sua stellas septem. Apocal. 1. num. 16. Prælati obtinet stellas in manu, & de eo etiam dicitur; vt Episcopo Thyatiræ. Dabo ei stellam matutinam. Apocal. 2. num. 28. Seu vt habet Arabicus. Dabo ei nitorem matutinum. Per quem nitorem, ac stellam Andreas Cefaren. Gagneus, & alij interpretantur splendorem scientiæ, ac intelligentiæ infusa in intellectu à Deo; quid est quod intellectus proportionatur manibus, illicque coniungitur? Denotatur enim, quod lux, ac stella cogitationis, quæ relucet in mente, in manibus resplendet actionibus; stella intelligentiæ, quæ matutino rore exorta est in mente multiplici splendore, nitet operibus externis. Hic adaptabo quod de fide ait Petrus Damianus ferm. 19. de S. Anthimo. Qui fontem baptismatis, ait, expetunt, à vita similitudine decedunt, nisi fidem ipsam, quam docti sunt credere, studuerint etiam bonorum operum enuntiatione proferre; ita nimirum alterum

pendet ex altero, & semen fidei exurgere debet in spicam operationis.

QVÆSTIO VII.

Quare dicitur quod homo perdidit ouem, cum ipsa se perdidit, relictis nonaginta novem in deserto, sub quibus intelliguntur Angeli, & sub deserto cælum?

ENTVM referuntur oves in parabola; ex quibus dicitur, quod homo vnam perdidit. Nonaginta novem intelliguntur Angeli, & locus in quo relinquantur, cælum. Tria quæro. Primò cur scribitur, quod homo perdidit ouem, cum ipsa se perdidit; Secundò: Cur Angeli oves appellantur; cælum verò deserto comparatur.

44.

Statu quaestio.

Ad primam partem quæstionis respondet Salmeiron tom. 7. super hac parabola. tract. 8. Aduerte, ait, quod etiam perditæ sit ouis, non tamen ex negligentia vigilantissimi Pastoris: non enim dormitabit, neque dormiet (Psalm. 120.) qui custodit Israël; sed ex culpa propria ouis perditio oritur; iuxta illud: perditio tua ex te Israël. (Osæ 13. num. 9.) tantummodo in me auxilium tuum: & potius homo Deum amisse dici potest, cur infinitum est damnum: ille autem, etsi nos omnes perierimus, nihil perdit. Pastor tamen hic adeo bonus est, vt celet iniquitates ouis, & in se eius culpam transferat. Pro quo vide multa. verb. Defectu.

45.

Salmeiron.

Psalm. 120.

Osæ 13.

Pastor culpâ ouis in se transferat.

Secundò quæro. Cur Angeli dicantur oves; & bene dicuntur nonaginta novem, ait D. Bonau. Qui nouenarius optimè competit designato numero Angelorum propter ternarium triplicatum in ordinibus Angelorum. Difficultas tamen est, cur Angeli dicantur oves. Nam ouis, vt notat Philo Hebraus lib. de sacrificio Abel inter pecudes est maxime bruta, & fatua, ac stulta, nullo acri agitur affectu, stupore quodam, ac sine motu tabescit.

46.

Bonauent.

Philo.

Respondet Theophyl. in Catena D. Thomæ. Superba virtutes, ait, oves dicuntur, in eo quod omnis natura creata aspectu Dei bestialis est. Et Theophyl. ait; Secundum quod omnis creatura ad Deum conseratur, pecunia est, & bruta. Angeli valde intellectu perspicaces; ouis verò valde bruta, & stulta est. Fatuæ pecudi assimilatur Angelica mens, quia omnis creata sapientia, si cum Deo conferatur, valde exigua, ac ignara est. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Prouerb. 21. num. 30. Hebraus habet: Coram Domino. Nam omnis sapientia creata si cum Diuina comparatur, non est sapientia, sed potius insipientia, & amentia. Rabbi Salom. Quilibet sapiens, ac prudens, ait, in nulla profusus est affirmatione, si cum Deo comparatur. Et ratio est, quia sapientia Diuina est in creata, & infinita, ac proinde in immensum superat, & transcendit omnem sapientiam creatam, & finitam. Ascendit super Cherubim, & volauit. Psalm. 17. num. 11. Diuinus intellectus altissime volat super Cherubicum, vt in infinitum eum superet, & excedat, vt nunquam creata scientia ipsum attingere valeat. Inde ait D. August. Exaltatus est, ait, super plenitudinem scientiæ, vt nemo ad eum perueniret, nisi per charitatem.

47.

Th cophyla

Theophyl.

Prouerb. 21.

Rabbi Sal.

Sapientia Dei in infinitum superat humanam intelligentiam.

Psalm. 17.

August.

Tertiò quæro. Quare per desertum intelligitur cælum.

48.